

sentiam non valet conclusio. Ita enim committitur paralogismus accidentis.

II. *A toleratione divinâ ad approbationem non valet consequentia. Sic Deus in V. T. toleravit polygamiam, non verò probavit.*

III. *Par est ratio nuptiarum primarum & secundarum. Nam utrobique; elucent quatuor fines conjugii, putà esse mutuum adiutorium, multiplicationis medium, adversus libidinis æstum remedium, & spiritalis matrimonii figuram. Est quoque; eadem efficiens, putà Deus: item una materia, videl. mas & fœmina: denique una forma, videl. legitima unio & communio.*

IV. *A matrimonio carnali ad spirituale valet consequentia: tanquam videl. à simili ad simile. Eph. 5. 29.*

V. *A prohibitionem graduum consanguinitatis & affinitatis divinâ ad civilem non valet consequentia. Nam ibi non habet locum dispensatio, sive relaxatio, hâc secus res habet.*

VI. *A difficultatibus & molestiis vite conjugalis ad illius indignitatem non valet consequentia. Prlmò enim omnis vocatio habet suas molestias, ut poëta canit,*

*Omnis commoditas sua fert incommoda
secum.*

Deinde